Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

nisse tyriae ciuitatis cum probare possimus
multa dici in scripturis facta quae in gre
cis uoluminibus non inueniantur nec de
bere nos eorum auctoritati adquiescere.
quorum pfidiam & mendacia detestamur;
potest ergo quod dicitur nec aedificabe
ris ultra sic accipi quod ne qua ultra sit re
gina populorum nec proprium habeat impe
rium: quomodo habuit sub chiram & ceteris
regibus sed uel chaldaeis uel machedonib;
uel ptolomaeis & ad postremum romanis re
gibus seruitura sit. Nulli autem ambiguum
iuxta ANAGWGHN nabuchodonosor regem
babylonis qui ueniat ab aquilone diabolum
intellegi. quicumque uentus durissimus & si
nister nomine dexter uocatur. praesumens
sibi nominis dignitatem. & est rex regum om
niumque regnorum quae ostendit dno dixitq;
ad eum. haec omnia mihi tradita sunt. quae
dabo tibi si procidens adoraueris me. iste habet
equos & currus. de quibus scriptum est. fallax
equus in salutem. & dormient omnes quia ascen
dunt equos. & in alio loco equum & ascensorem

anagon